



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. XIV. Votitus. Tamenetsi. Nullus pro non. Cæsinæ prologo versus, item alter ipsa in fabula restitutus & Terentius Andria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

rationem aperte extulit Pomponius:

Dide, cedo cacatum. vipera est in veprecula.

Prima verba videntur mendosa, & conabar legere, *Dide, cedo cacabum.* Cacabus enim vas in quo pulmentarium coquitur: sed abstineo. Respexisse autem huc Virgilium vincit, quod fragorum meminit, quæ in vepretis ferè leguntur. Significat idem verbum M. Tullius pro P. Sextio: *Quoniam id etiam satum civitate fuit, ut illa ex vepretis extracta nitedula remp. arrodere.* Ere nata mutavit argutissimè. nam sic cum audivetur, vipera è veprecula, de eo qui & vehementer coceri posset, & de improviso, cauerique idè vox posset: ille nitedulam ex vepretis appellat, qui nocere velit magis quàm possit, cauerique non magnopere debeat.

CAPVT XIV.

Votius. Tamenesi. Nullus pro non. Casine prologo versus, quem alter ipsa in fabula restitutus & Terentius Andria.

CASINÆ Plauti qui præponitur prologus elegantissimus mehercule & perurbanus est, dignusque qui eo legatur. in eo versus hic in libris paulò veteribus omnibus ita concipitur:

Aures votiuæ si sunt, animum advertite.

Præterea Lambinus, ut nos credere vult, illud *votiuas* parum huc convenire animadvertit, mutavitque in *vaciuas*, ad exemplum illud Plauti Pseudolo:

Fassis vaciuas Pseudole adis aurium.

Mea ut migrare dicta possint quod volo.

quo dissentio. Neque enim, ut heic quidem usurpatur, iocus acuti quidquam habet, ut illo quem modo posui loco, adductis quæ ad eandem translationem faciunt aliis. & quorsus tandem si aures vaciuas

B 2 habeant

habeant non eas aduertere iubet, sed animum, quod
penitèret verborum antecedentium. Itaque videtur
verius sit:

Aures votita si sunt animum aduertite.

Votitus qui voto quo minus quid faciat impedire
Asinaria:

Nolo habere illam causam & votitam dicere.

Lepidè igitur histrio: si, inquit, voto tenemini
minus auribus mea dicta vsurpetis, at vos animum
vsurpate. Lusit nimirum in eo, quod immobilis
mini natura aures dedit, vt ex aduerti non possint
animum aduertere vulgatissimum loquendi genus
hoc igitur agere eos iubet.

Eadem fabula, Scena Si sapitis.

Qui amat tamen hercle si esurit nullum esurit.

Immuto leuiter, sed, quod ausim præstare, verum

Qui amat tamen hercle et si esurit, nullus esurit.

Tamen si probum & antiquæ notæ verbum hinc
tmesi cum esset, propè euanuit. Id reponens
etiam in Terentio, Andria: *Nilil audio*

Ego te commotum reddam. DA. tamen si hoc verum

Ira enim optimum fragmentum Colonienfe, quod
æde maxima adseruatur. Nullus esurit, pro non
notum loquendi genus. Pomponius: *Lapatium
lus vescebat, lardum luscabat libens.*

CAPVT XV.

Varronis duo fragmenta composita. eiusdem Modij argumen-
tum, & indidem sententia adducta expressa de Plauti

VERE hoc vulgo dicitur *ei'uar' è'nis*, merito
doctissimi viri semper monuerunt, fugiendam in
stutu ineptam leuitatem, in iis togatorum eruditissimorum